INCIPIT EPISTOLA ALEXANDRI PAPAE AD UNIVERSOS ORTHODOXOS UBIQUE CONSTITUTOS DIRECTA DE SACERDOTIBUS[1] NON VEXANDIS[2] NEC SCRIPTIS[3] AB EIS PER METUM AUT ALIQUAM FRAUDEM EXIGENDIS ET DE PASSIONE DOMINI IN CONSECRATIONE CORPORIS EIUS MISCENDA ET AQUA[4] CUM SALE POPULIS BENEDICENDA ET[5] DE[6] FIDE SANCTAE TRINITATIS.

[H. 1] Alexander episcopus omnibus orthodoxis per diversas provincias Christo domino famulantibus. Cogitantibus nobis[7] metum[8] divini iudicii, fratres carissimi, et post vitam hanc unumquemque, prout gesserit, recepturum, quid[9] veniat in[10] querelam[11], tacere non licuit, sed nobis[12] loqui necessitas imperavit dicente propheta: Exalta ut tuba vocem tuam, et cui omnium ecclesiarum cura[13] est, si dissimulem[14], audiam domino[15] dicente: Reiecistis[16] mandatum dei, ut traditiones vestras statuatis. Quid enim aliud est reicere mandatum dei quam privato[17] consilio, iudicio humano novis rebus constituendis[18] liberius delectari? Unde[19] et alibi scriptum est: Ne transgrediaris[20] terminos antiquos, quos posuerunt patres tui. Terminos indubitanter transgreditur, qui statuta patrum[21] postponit[22] [23] atque confundit[24].

---

**Quellen:**

6-12: *Alexander - delectari,* Siric. ep. per divers. episc. dir. pr. (H. no. 5).
12f.: *Ne - tui,* Prov. XXII. 28.

**Rezeption:**

7-14: *Cogitantibus – confundit*: Coll. Ans. ded. X,32.
10-13: *Reiecistis – tui*: Deusdedit IV,376 (tui] *tui. State et tenete traditiones, wuas didicistis, sive per sermomnem sive per epistolam nostram* [II Thess. 2,14]).

---

1 SARDOTIBUS *VD38*
2 VEXANDIS *korr. aus* VAXANDIS *I83*
3 SCRIPTIS *korr. aus* SCIPTISTIS *V630*
4 AQUAM *I83*
5 ET de *korr. aus* ET *I83*
6 DE *fehlt V630*
7 vobis *N442*
8 *am Rande* timorem *VD38*
9 quando *I83*
10 ad *I83*
11 *am Rande* lacrimosam causam *VD38*
12 nobis] nobis vobis *V630*
13 cura est] commissa est cura *V630*
14 *am Rande* taceam *VD38*
15 domino dicente] a dicente domino *I83*
16 reiecistis *korr. aus* reiecisti *O93*
17 *am Rande* singulari *VD38*
18 *am Rande* ordinandis *VD38*
19 Unde et *korr. aus* Unde *VD38*
20 *am Rande* transcendas *VD38*
21 patrum *korr. aus* patrum est *V630*
22 *am Rande* comtempnit *VD38*
23 postponit *korr. aus* pponit *V630*
24 *am Rande* perturbat

[H. 2] Pervenit[25] namque ad conscientiam[26] apostolicae sedis, quod nonnulli sint tam stolidi[27], qui dominica praecepta et apostolorum eorumque successorum statuta minime observent et eos, de quibus dominus ait: Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei, non solum tangere minime dubitant, sed etiam persequi non formidant[28]. Et licet nos persequantur, quia nec nos sine illis[29], nec illos sine nobis[30] persequi possunt, quoniam illius sumus discipuli, qui animas pro fratribus praecepit ponere, tamen eis pericula et perditiones eorum non sumus ausi celare, ne prophetica, quod absit, damnemur sententia, quae ait: Si annuntiaveris iniquo iniquitatem suam, animam tuam liberasti[31]. Si autem non[32] annuntiaveris ei, sanguinem eius de manu tua requiram.

[H. 3] Est[33] etiam et hoc ad hanc sanctam perlatum[34] [35] sedem, quod pudet[36] dicere, et non solum sacerdotali, sed etiam omni christiano nomini est inimicum, id est, quod nonnullos[37] episcopos[38] vel sacerdotes aut metu compellunt aut[39] vi[40] extorquent[41] aut fraude decipiunt, aliquas confessionis suae in alteram partem[42] quam debeant, aut pro suarum non[43] requisitione[44] rerum, aut, quod

---

**Quellen:**

17: *Qui - mei*, Zach. II. 8.
18f.: *Et - possunt*, cf. Fel. II. pp. 18
19f.: *qui - ponere*, I Ioh. III. 16.
21f.: *Si - requiram*, Ezech. III. 19.18.

**Rezeption:**

15-21: *Pervenit – liberasti*: Bonizo III,39 (20: *pericula et perditiones*] *predicationes et pericula*).
15-22: *Pervenit – requiram*: Coll. Ans. ded. II,122.
23-29: *Est – voluptatibus*: Coll. Ans. ded. II,170; Gratian C. XV, q. 6, c. 1 (s. auch 102-107; 107-109; 115; 116-118).
23-29: *ad – est*: Deusdedit IV,35 (*perlatum*] *perlatum est*) (s. auch 32-35; 102-108; 109; 110-112; 115f.: 118-121).

---

[25] *am Rande* De persecutoribus episcoporum *N442*
[26] *am Rande* cognitionem V*D38*
[27] *am Rande* stulti *VD38*
[28] *am Rande* timent *VD38*
[29] illis *korr. aus* illos *O93;* illos *N442*
[30] nos *O93; N442*
[31] liberas *I83; VD38*
[32] non *fehlt VD38*
[33] Est *korr. aus* Et si *V630; am Rande* De violentia *I83;* Item de eadem re alexander in prima epistola ait *VD38*
[34] *am Rande* denunciatum *VD38*
[35] perlatum *korr. aus* perlatam *O93*
[36] *am Rande* turpe est verecundum est *VD38*
[37] *interlinear* multos *VD38*
[38] epos *O93*
[39] aut vi *korr. aus* aut *N442*
[40] *am Rande* violenti *VD38*
[41] *interlinear* cogunt *VD38*
[42] partem *fehlt I83; VD38*
[43] non *fehlt I83*
[44] requisitione *korr. aus* requisione *V630*

deterius est, alieni erroris secta[45] [46] scripturas facere et propriis manibus roborare et coram populis recitare atque confiteri. Aliquos dicunt carceribus et ergastulis[47] recludi, ut saltem[48] his territi insidiis devient[49] domini[50] sacerdotes et suis faveant[51] voluptatibus. [H. 4] Relatum insuper est ad huius sanctae et apostolicae sedis apicem[52], cui summarum dispensationes[53] causarum et omnium negotia ecclesiarum ab ipso domino tradita sunt quasi ad caput ipsoque dicente principi apostolorum Petro: Tu es Petrus[54], et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, quod quidam aemuli[55] Christi eiusque sanctae ecclesiae insidiatores, sacerdotes dei ad iudices publicos[56] accusare praesumant[57], cum magis apostolus christianorum causas ad ecclesias deferri[58] et ibidem terminari praecipiat. Taliter praevaricantes praevaricaverunt[59] in deum suum, et non oboediunt[60] praecepta[61] eius, de quibus dominus per prophetam Oseae loquitur dicens: Quasi vaccae

---

## Quellen:

30f.: *sedis - caput* sec. Innoc. I. ep. ad Fel. Nucer. pr. (H. no. 9.) et ep. ad Vict. Roth. c. 3. (H. no. 7). Cf. Iul. 11.
32: *Tu – meam*, Matth. XVI. 18.
34f.: *cum - praecipiat*, Ben. III. 145. (c. 9. i. f. conc. III. Carth.). Cf. Anacl. 16, Marcellini 3.
35: *Taliter - suum*, Ies. XXIV. 16.
36f.: *Quasi - suis*, Os. IV. 16.

## Rezeption:

29-32: *Relatum – meam*: Coll. Ans. ded. III, 163.
29-34: *Relatum – praesumant*: Anselm v. Lucca II,35 (s. auch 70-79).
29-36: *Relatum – eius*: Coll. Ans. ded. I,13; Bonizo IV,52 (29: *Relatum*] *Revelatum*; 29: *insuper* fehlt); Polycarpus I,2,3 (29: *insuper* fehlt; 30 *dispensationes*] *dispositiones* [s. Note 53]; 31f.: *prinicipi – Petro* fehlt); Gratian C. XI, q. 1, c. 14 (29: *insuper* fehlt).
29-43: *Relatum –nationibus*: Coll. Ans. ded. III,44.
30-32: *apostolicae – petram*: I,64 (30: *apicem cui* fehlt; 30 *dispensationes*] *dispositiones* [s. Note 53]; 32: *petram*] *petram et reliqua usque erit solutum in caelis*).
32-35: *quod – praecipiat* Deusdedit IV,35 (s. auch 23-29; 102-108; 109; 110-112; 115f. 118-121).

---

[45] *am Rande* traditionem doctrinam *VD38*
[46] sectam *VD38*
[47] *am Rande* angustis carceribus *VD38*
[48] saltem *korr. aus* salutem *VD38*
[49] *interlinear* errent *VD38*
[50] domini sacerdotes] sacerdotes domini *I83*
[51] *am Rande* consentiant *VD38*
[52] *am Rande* excellentiam *VD38*
[53] *am Rande* dispositiones *VD38*
[54] petros *N442*
[55] *am Rande* adversarii *VD38*
[56] publicanos *I83*
[57] *am Rande* audeant *VD38*
[58] *am Rande* denunciari *VD38*
[59] praevaricaverunt] praevaricati sunt *I83*
[60] obaudiunt *VD38*
[61] praeceptis *I83*

lascivientes[62] [63] declinaverunt et dilexerunt[64] afferre ignominiam[65] protectoribus suis. Et idem: Vae eis, quoniam recesserunt a me, vastabuntur[66], quia praevaricati sunt in me, et ego redemi[67] [68] eos, et ipsi locuti sunt contra me mendacia et non clamaverunt[69] ad me in corde suo, sed ululabant in cubilibus suis, super triticum et vinum ruminabant[70] [71] et recesserunt[72] a me. Ego erudivi et confortavi brachia eorum, et in[73] me cogitaverunt maliciam. Reversi sunt, ut essent absque iugo, facti sunt quasi arcus dolosus[74]. Abiciet[75] eos dominus, ait idem propheta, quia[76] non audierunt eum, et erunt vagi[77] in nationibus. [H. 5] De[78] his[79] enim clericis vel laicis, qui episcopos vel reliquos[80] sacerdotes prius tam ad primates eorum quam ad reliquos accusant iudices, quam auribus eorum, a quibus se laesos[81] aestimant[82], inculcent[83], ut ab eis aut ius[84] suum aut iustam[85] recipiant apologiam[86], item per eundem ait dominus[87] prophetam: Audi, domus Israel, et[88]

---

**Quellen:**

37-42: *Vae - dolosus,* Os. VII. 13-16.
42f.: *Abiciet - nationibus*, Os. IX. 17.
46-48: *Audi - profundum,* Os. V. 1. 2.

**Rezeption:**

43-79: *De – Christi*: Coll. Ans. ded. III,45.

---

[62] *am Rande* luxoriantes *VD38*
[63] lascivientes *korr. aus* laiscivientis *VD38*
[64] dixerunt *VD38*
[65] *am Rande* turpitudo *VD38*
[66] vastabunt *I83*
[67] *am Rande* liberavi *VD38*
[68] redemi *korr. aus* redimi *O93*
[69] declinaverunt *V630*
[70] *am Rande* delectabant *VD38*
[71] ruminabant *korr. aus* ruminabunt *O93*
[72] recesserunt *korr. aus* recesserint *O93;* recesserant *N442*
[73] *am Rande* contra me *VD38*
[74] *interlinear* fraudulentus *VD38*
[75] *am Rande* repellet *VD38*
[76] qui *I83; VD38*
[77] *am Rande* instabiles *VD38*
[78] *am Rande* De clericis vel laicis qui episcopos sive sacerdotes ad primates vel iudices accusant priusquam eis a quibus lesi sunt denuncient *VD38*
[79] his enim *korr. aus* his *O93*
[80] reliquo *I83*
[81] *am Rande* mala pepessos *VD38*
[82] *interlinear* putant *VD38*
[83] *interlinear* denuncient *VD38*
[84] *interlinear* legem suam *VD38*
[85] iusta *I83*
[86] *am Rande* excusationem *VD38*
[87] dominus] dominus per *VD38*
[88] et *fehlt I83*

ausculta[89], domus regis, et attendite, sacerdotes, quia vobiscum iudicium est, quoniam laqueus facti[90] estis speculationem[91] et rete[92] expansum[93] super Tabor, victimasque declinastis in profundum. Et ego eruditor omnium vestrum. Et alibi: Omnes calefacti estis quasi clibanus[94], quia devoratis[95] iudices vestros. Ipsi enim declinant victimas domini in profundum, qui eos devorant vel iniuste[96] lacerant, qui domini[97] oculi dicuntur. Nam[98] si modo quisquam principis saecularis oculos laceraret aut amoveret[99], esset reus criminis maiestatis[100] an non? Profecto aut[101] morti[102] traderetur aut perpetua notaretur[103] infamia[104]. Si pro saeculi potestatibus talia[105] hominibus fiunt, quid pro his fieri putatis[106], de quibus dominus ait: Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei. Procul dubio hi, qui eos persequuntur et amovere[107] [108] nituntur[109] iniuste contra apostolicam auctoritatem, si a morte prohibentur dicente domino: Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat, perpetua tamen notantur[110] infamia[111] et exilio digni[112] iudicantur finitimo[113], de quibus a temporibus

**Quellen:**

49f.: *Omnes - vestros*, Os. VII. 7.
51-53: *Nam - infamia*, cf. Anacl. 19.
54: *Qui - mei*, Zach. II. 8.
56: *Nolo - vivat*, Ezech. XXXIII. 11.

**Rezeption:**

54-57: *hi – finitimo*: vgl. Deusdedit IV,308 (lautet: *Accusatores episcoporum perpetua notantur infamia et exilio digni iudicatur finitimo*).
54-59: hi – scimus: Gratian C. III, q. 4, c. 9.

89 absculta *O93*
90 facti *fehlt I83; VD38*
91 speculationum *korr. aus* speculationem *O93;* speculationis *I83;* speculationum *VD38*
92 recte *I83*
93 spansum *I83*
94 *am Rande* formax *VD38*
95 devorastis *I83; VD38*
96 iniusto *V630*
97 domini oculi] oculi domini *V630; I83; VD38*
98 *am Rande* Qui inuste lacerant sacerdotes *I83*
99 *am Rande* excuteret
100 *am Rande* regalis dignitatis *VD38*
101 autem *VD38*
102 merito *I83*
103 *interlinear* decomparetur *VD38*
104 *am Rande* turpitudine vituperatione *VD38*
105 tales] talia ab *V630*
106 putatis *korr. aus* potatis *O93*
107 *am Rande* repellere *VD38*
108 admovere *korr. aus* admovere *V630*
109 *interlinear* temptant *VD38*
110 *interlinear* signantur *VD38*
111 *interlinear* turpitudine *VD38*
112 digni *korr. aus* digno *VD38*
113 *am Rande* propinquo *VD38*

apostolorum et infra ista tenemus atque decreta habemus: Eorum accusandi[114] episcopos vel testificandi in eos vocem obstruimus, quos non humanis, sed divinis actibus mortuos esse scimus, de quibus dominus loquitur per eundem prophetam: Calumniam[115] [116] patiens fractus est iudicio, quoniam coepit ambire[117] post sordem, et ego quasi tinea Ephraim et quasi putredo domui Iuda, et vidit Ephraim[118] languorem suum et Iudas vinculum suum et abiit Ephraim ad Assur et misit ad regem ultorem[119], et ipse non poterit sanare vos nec solvere a vobis vinculum. Qui[120] enim sacrilega[121] persuasione[122] [123] persequuntur et lacerare nituntur episcopos vel eos, qui domino recte sacrificant, indubitanter eum persequuntur et dilaniant[124], cuius vice funguntur, unde ait dominus per Ioel prophetam: Numquid ultionem redditis[125] mihi? Et si[126] ulciscimini vos contra me, cito, velociter reddam vicissitudinem[127] vobis super caput vestrum. Et per[128] Amos prophetam dominus inquit: Quis sapiens, et intelleget ista, intellegens, sciet[129] haec? Quia rectae viae domini, et iusti ambulabunt in eis, praevaricatores vero corruent in eis. Et ipsa per se veritas ait: Qui vos audit, me audit, et qui vos spernit, me spernit. His et aliis fulti[130] quamplurimis dominicis praeceptis, vitantes hominum perditiones cum omnibus huius sanctae sedis, quam dominus caput totius

---

**Quellen:**

58f.: *Eorum - scimus,* Ben. III. 322. aut c. 28. Angilr. (1. Visig. II. 4. 7.; cf. quoque Ben. III. 440). Cf. Steph. 13, Melc. 5, Pelag. II. pp. ep. 3.
60-63: *Calumniam - vinculum,* Os. V. 11—13.
66f.: *Numquid - vestrum,* Ioel. III. 4.
68f.: *Quis - corruent in eis,* Os. XIV. 10.
69f.: *Qui - me spernit,* Luc. X. 16.

**Rezeption:**

70-79: *His – Christi*: Anselm v. Lucca II,35 (s. auch 20-34); Polycarpus I,18,3 (Inskription: *Evaristus*; 70: *dominicis praeceptis*] *argumentis*).

---

[114] accusandi *korr. aus* accusandos *V630*
[115] *am Rande* molestium *VD38*
[116] Calumnia *V630; I83*
[117] abire *N442; I83; VD38*
[118] eprhaim *korr. aus* ephaim *VD38*
[119] *am Rande* vindicatorem *VD38*
[120] Cui *VD38*
[121] *am Rande* furtiva diabolica *VD38*
[122] *am Rande* suggestione *VD38*
[123] supersuasione *I83*
[124] *am Rande* dilacerant *VD38*
[125] reddidistis *V630*
[126] sci *VD38*
[127] *interlinear* retributionem *VD38*
[128] per *korr. aus* pe *VD38*
[129] sciat *I83; VD38*
[130] *am Rande* sustentati *VD38*

ecclesiae constituit, membris talia fieri prohibemus, ne confundatur populus domini in aeternum. Nam et a praedecessoribus[131] nostris inhibitum legimus, ut nemo contristet doctores neque accusationem adversus eos suscipiat. Ipse namque princeps apostolorum in ordinatione beati Clementis populum instruens ait: Quicumque contristaverit doctorem veritatis, peccat in Christum et patrem omnium exacerbat[132] deum, propter quod et[133] vita carebit. Et doctor gentium inquit: Si praeoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spiritales estis, sustentate illum in spiritu lenitatis[134], considerans teipsum, ne et tu tempteris. Alter alterius[135] onera[136] portate, et sic adimplebitis[137] legem Christi.

[H. 6] Has considerantes pietates[138] et pericula vitantes animarum una cum omnibus domini sacerdotibus, qui nobiscum in hanc sacram convenerunt urbem, et cum omnibus huius capitis membris, sicut a beatis apostolis et a reliquis sanctis[139] patribus ac[140] successoribus[141] eorum accepimus, statuentes decernimus[142] omnes, qui sanctos patres persequuntur aut amovere[143] [144] vel dilacerare manifeste nituntur[145], infames[146] [147] esse et alienos a limitibus[148] [149] ecclesiae usque ad

**Quellen:**

73f.: *neque - suscipiat,* Ben. III. 373. aut c. 12. (bis) Angilr. (Xysti Pyth. s. 250). Cf. quoque Ben. II. 357.
75: *Quicumque - Christum,* Clement, ep. I. (c. 17.)
76-79: *Si praeoccupatus — legem Christi,* Gal. VI. 1.2.

**Rezeption:**

80-101: *Has – vastat*: Coll. Ans. ded. II,66; Regino app. III,42.
83-86: *statuentes – persequuntur*: Sentenzen c. 76 (85f.: *quia – destructores* fehlt); Anselm v. Lucca III,8 (85f.: *quia – destructores* fehlt).

[131] praedecessorebus *I83*
[132] *am Rande* exasperat *VD38*
[133] et *fehlt V630*
[134] *am Rande* mansuetudinis *VD38*
[135] alterius honera *korr. aus* alterius *VD38*
[136] honera *korr. aus* honora *O93*
[137] inplebitis *N442*
[138] pietates *korr. aus* pietatis *V630*
[139] sanctis patribus] patribus sanctis *I83*
[140] ac] et a *VD38*
[141] suscessoribus *O93;* successoribus *korr. aus* sucribus *N442;* succeribus *VD38*
[142] discernimus *I83*
[143] *am Rande* repellere *VD38*
[144] amoveri *V630*
[145] *interlinear* laborant *VD38*
[146] *am Rande* turpes *VD38*
[147] infames *korr. aus* infamis *O93*
[148] *am Rande* finibus *VD38*
[149] liminibus *korr. aus* limitibus *V630*

satisfactionem[150] fieri, quia sic odit deus eos, qui adversus patres armantur ut patrum invasores vel destructores, qui ideo[151] infames efficiuntur[152], quia patres persequuntur. Quoniam[153], si[154] nec loqui eis licet, quibus doctores summi, quos episcopos vocamus, propter eorum scelera adversantur, quanto magis eis[155], qui eos[156] infestantur[157] [158], nec consentiendum est nec loquendum, ne participes eorum inveniantur sceleribus, quia non solum qui faciunt sed, qui consentiunt facientibus, rei sunt. Unde et beatus princeps apostolorum Petrus in ordinatione[159] sancti[160] praedecessoris[161] nostri Clementis instruens clerum et populum ait: Si[162] inimicus fuerit Clemens alicui pro actibus suis, vos nolite exspectare, ut ipse vobis dicat: Cum[163] illo nolite amici esse, sed prudenter observare debetis et voluntati eius absque communicatione[164] obsecundare et avertere[165] vos ab eo, cui ipsum sentitis aversum[166] [167], sed nec[168] loqui his, quibus ipse non loquitur, ut unusquisque, qui in culpa est, dum cupit omnium vestrum amicitias ferre, festinet citius reconciliare[169] ei, qui omnibus praeest, et per hoc redeat ad salutem, cum oboedire coeperit monitis praesidentis. Si vero quis amicus fuerit his, quibus ipse non loquitur, unus est et ipse ex illis, qui exterminare dei ecclesiam volunt et, cum corpore vobiscum esse videatur, mente et animo

---

**Quellen:**

85f.: *quia - persequuntur*, Procli ep. ad Domn. Antioch. aut Ben. III. 374. aut c. 19. (bis) Angilr. Cf. Steph. 13, Euseb. 5, Telesf. 4, Fab. 18, Steph. 2, Iul. 12, Pelag. II. ep. 1.
89f.: *quia - sunt*, Ben. III. 261. 386. (Rom. I. 32). Cf. Anacl. 19, Telesf. 3, Pii 8, Fab. 6, Luc. 7, Iul. 10, Pelag. II. pp. ep. 1.
91-101: *Si - vastat*, Clement, ep. I. (c 17. i. f. 18). Cf. Anacl. 39, Fab. 6.

---

[150] satisfactionem *korr. aus* satifactionem *VD38*
[151] ideo *korr. aus* deo *VD38*
[152] eiciuntur *I83*
[153] Quod *V630*
[154] si *korr. aus* sic *VD38*
[155] eis *korr. aus* eos *VD38*
[156] deos *V630*
[157] *am Rande* persecuntur *VD38*
[158] infestant *O93*
[159] ordinationem *I83*
[160] sancti *fehlt I83*
[161] praedecessoris *korr. aus* praedecessores *V630*
[162] *am Rande* De non favendis ab episcopo reiectis *N442; I83*
[163] *am Rande* De non favendis ab episcopo reiectis *VD38*
[164] commutatione *VD38*
[165] *am Rande* auferre recedere *VD38*
[166] *am Rande* iratum contrarium *VD38*
[167] adversum *VD38*
[168] nec *fehlt I83*
[169] reconciliari *I83;* reconciliari *korr. aus* reconciliare *VD38*

contra vos est, et est multo nequior[170] hostis[171] hic quam illi, qui foris[172] sunt et evidenter inimici sunt. Hic enim per amicitiarum speciem, quae inimica sunt, gerit[173] et ecclesiam dispergit ac vastat[174].

[H. 7] Similiter[175] si huiusmodi[176] personis quaedam scripturae quoquomodo per metum[177] aut fraudem aut per vim[178] extortae[179] fuerint, velut[180] se liberare possent[181], quocumque ab eis conscriptae[182] vel roboratae fuerint ingenio, ad nullum eis praeiudicium[183] aut[184] nocumentum[185] provenire censemus[186] [187] neque ullam eis infamiam vel calumniam aut[188] a suis sequestrationem[189] bonis umquam auctore domino et sanctis apostolis eorumque successoribus sustinere permittimus. Confessio vero in talibus non compulsa[190], sed spontanea fieri debet[191] ipso attestante, qui ait: Ex

---

**Quellen:**

102-105: *quaedam - censemus* sec. l. Visig. II. 5. 9 tit.
107f.: *Ex - blasphemiae,* Matth. XV. 19.

**Rezeption:**

102-107: *Similiter – debet*: Ps.-Remedius c. 21 (102: *Similiter*] *Ait enim sic inter cetera: Similiter*); Ivo, Decr. V,241 (102: *Similiter – personis*] *Si sacerdotibus vel actoribus Ecclesiae*) (s. auch 115; 118-120; 124f.; 122f.); Ivo, Pan. IV,118 (102: *Similiter – personis*] *Si sacerdotibus vel actoribus Ecclesiae*); Gratian C. XV, q. 6, c. 1 (102: *Similiter – personis*] *Si sacerdotibus vel actoribus Ecclesiae*) (s. auch 27-29; 107-109; 115; 116-118).
102-108: *si – adulteria*: Deusdedit IV,35 (s. auch 23-29; 32-35; 109; 110-112; 115f.; 118-121).
102-115: *Similiter – est*: Polycarpus III,21,4 (112-115: *Inde – tuum* fehlt).
102-122: *Similiter – me*: Coll. Ans. ded. II,171 (110: *omnia – quam* fehlt).
107-109: Confessio – fiunt: Gratian C. XV, q. 6, c. 1 (s. auch 27-29; 102-107; 115; 116-118).

---

170 *am Rande* malignior *VD38*
171 *am Rande* adversatius *VD38*
172 *am Rande* pagani *VD38*
173 *interlinear* agit *VD38*
174 *interlinear* destruit *VD38*
175 *am Rande* De scriptis violenter extortis *I83; am Rande* Abhinc *VD38*
176 *am Rande* talibus *VD38*
177 *am Rande* timorem *VD38*
178 *am Rande* violentiam *VD38*
179 extorte *korr. aus* exorte *N442*
180 *am Rande* quasi *VD38*
181 possint *VD38*
182 scripte *VD38*
183 *am Rande* condempnationem *VD38*
184 aut *korr. aus* au *I83*
185 *am Rande* lesionem *VD38*
186 *am Rande* censemus *VD38*
187 recensemus *V630*
188 aut *korr. aus* au *I83*
189 *am Rande* separationem *VD38*
190 *am Rande* coactam *VD38*
191 *am Rande* Usque hic *VD38*

corde enim procedunt homicidia, adulteria, fornicationes, blasphemiae[192] et cetera[193], quae sunt ad haec pertinentia, nec tantum attendenda sunt, quae fiunt, quantum, quo animo fiunt, quorum exempla, si omnia scribere coeperimus, ante dies quam exempla deficient. Unde et illud est, quod dominus ad munera Abel respexit et non ad Cain, quia magis intendit[194] ad offerentis[195] animum quam ad ea, quae offeruntur. Inde[196] et dominus per prophetam inquit: Dominus scit cogitationes hominum. Et per[197] Oseae vatem[198] ait: In gutture tuo sit tuba quasi[199] aquila super domum domini, et reliqua. Et dominus in evangelio inquit: Tu autem, cum oraveris, intra in cubiculum et clauso ostio ora patrem tuum. Omnis[200] [201] enim confessio, quae fit ex necessitate, fides non est. Et apostolus ait: Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit in[202] salutem. Amplius autem respicit deus ad cogitationes et spontaneas voluntates[203], quam ad actus, qui per simplicitatem aut[204] [205] per necessitatem fiunt. Confessio vero non extorqueri debet in talibus[206],

---

**Quellen:**

112f.: *Dominus - hominum,* Ps. XCIII. 11.
113f.: *In - domini,* Os. VIII. 1.
114f.: *Tu - tuum,* Matth. VI. 6.
115: *Omnis – est*: Akten des Konzils von Chalkedon 451, ACO 2,3,1, S. 128, f6f.
116: *Corde - salutem,* Rom. X. 10.

**Rezeption:**

109: *nec – fiunt*: Deusdedit IV,35 (s. auch 23-29; 32-35; 106-108; 110-112; 115f.; 118-121).
110-112: *Unde – offeruntur*: Deusdedit IV,35 (s. auch 23-29; 32-35; 106-108; 109; 115f.: 118-121).
115: *Omnis – est*: Ivo, Decr. V,241 (s. auch 102-107; 118-120; 124f.; 122f.) Gratian C. XV, q. 6, c. 1 (s. auch 27-29; 102-107; 107-109; 116-118).
115f.: *Omnis – iustitiam*: Deusdedit IV,35 (s. auch 23-29; 32-35; 106-108; 109; 110-112; 118-121).
116-118: *Corde – fiunt*: Gratian C. XV, q. 6, c. 1 (s. auch 23-29; 102-107; 107-109; 115; 118-120).
118-120: *Confessio – operis*: Ivo, Decr. V,241 (118: *talibus*] *tribus*) (s. auch 102-107; 115; 124f.; 122f.); Gratian C. XV, q. 6, c. 1 (s. auch 23-29; 102-107; 107-109; 115; 116-118; 124f.).
118-121: *Confessio – mendacia*: Deusdedit IV,35 (s. auch 23-29; 32-35; 106-108; 109; 110-112; 115f.).

---

[192] blasphemia *V630; I83; VD38*
[193] cera *VD38*
[194] *am Rande* respicit *VD38*
[195] offerentis *korr. aus* offerendis *VD38*
[196] Unde *I83*
[197] per *fehlt I83*
[198] vatem *fehlt V630;* vates *I83;* autem *VD38*
[199] quasi *korr. aus* quasi ad *V630*
[200] *am Rande* Quod non valet confessio quae fit ex necessitate *VD38*
[201] Omnis enim *korr. aus* Omnis *O93*
[202] ad *V630; I83*
[203] voluntates *korr. aus* voluptates *I83*
[204] aut *korr. aus* au *VD38*
[205] aut per *korr. aus* aut *O93*
[206] tabulis *I83*

sed potius sponte profiteri[207], pessimum est enim de suspicione aut extorta[208] [209] confessione quemquam iudicare, cum magis inspector cordis sit dominus[210] quam operis, et potius requirit cogitationes puras[211] et voluntates bonas, quam labia mendacia. Unde et dominus per prophetam loquens ait: Populus iste[212] labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me. Peius malum fore[213] non aestimo quam christianos[214] suis invidere sacerdotibus. Novit[215] enim[216] dominus, qui sunt eius. Non potest autem humano condemnari examine, quem deus suo reservavit iudicio. Si omnia namque in hoc saeculo vindicata essent, locum divina non haberent iudicia. [H. 8] Quod[217] autem ad alios iudices prius non debeant, quam ad se[218] sacerdotes vel actores ecclesiae accusare, ita a tempore[219] apostolorum et infra observatum et definitum invenimus. Si quis erga episcopum vel actores ecclesiae quamlibet querelam habere iustum[220] crediderit, non prius primates aut alios adeat[221] iudices, quam ipsos, a quibus se laesum aestimat, conveniat familiariter, non

---

**Quellen:**

119f.: *pessimum - iudicare* sec. Ben. III. 259. 464. (Isid. syn. lib. II. no. 85).
122: *Popidus - me,* Ies. XXIX. 13.
124: *Non - iudicio,* Isid. syn. lib. II. no. 86. aut Ben. III. 259. 373. aut c. 12. (bis) Angilr. (c 51. ibid.). Cf. Eleuth. 5, Vict. 6, Fab. 17, Sixt. II. pp. 7, Euseb. 8, Iul. 19.
124f.: *Si - iudicia,* Ennod. ep. II. 19. (p. 65). Cf. Anacl. 6.
125-133: *Quod - vobis,* Ben. add. III. 22. (c. 17. conc. V. Aurel). Cf. Steph. 6, Fel. II. pp. 3.

**Rezeption:**

119f.: *pessimum – iudicare*: Deusdedit IV,309 (119: *enim* fehlt).
122f.: *Peius – sacerdotibus*: Ivo, Decr. V,241 (s. auch 102-107; 115; 118-121; 124f); Gratian C. VI, q. 1, c. 11 dict. p.
124f.: *Non – iudicia*: Sentenzen c. 77; Anselm v. Lucca III,38; Ivo, Decr. V,241 (s. auch 102-107; 115; 118-121; 122f.) Gratian C. XV, q. 6, c. 1 (s. auch 23-29; 102-107; 107-109; 115; 116-118).
125-132: *Quod – contemptores*: Coll. Ans. ded. III,46.
127-131: *Si – egerit*: Ps.-Remedius c. 22; Burchard I,132; Sentenzen c. 71; Anselm v. Lucca III,81; Deusdedit IV,310 (131: *egerit*] *egerit communione privetur*); Ivo, Decr. V,242; Ivo, Pan. IV,35; Gratian C. II, q. 7, c. 16.
127-132: *Si – contemptores*: Polycarpus VI,1,4 (127: *quis*] *quis laicus*; 130: *iustam* fehlt [vgl. Note 224]; *contemptores*] *contemptor* [vgl. Note 227]).

---

[207] proferri *I83*
[208] *am Rande* coacta *VD38*
[209] extorta *korr. aus* exorta *N442*
[210] deus *I83*
[211] *am Rande* mundas *VD38*
[212] hic *I83*
[213] ferre *N442; I83;* fere *VD38*
[214] christianis *O93; V630*
[215] *am Rande* De accusationibus episcoporum *I83*
[216] enim *fehlt I83*
[217] *am Rande* De accusatoribus episcoporum *VD38*
[218] se *fehlt V630*
[219] temporibus *VD38*
[220] iustam *korr. aus* iustum *V630;* iustam *N442*
[221] *am Rande* petat vadat *VD38*

semel, sed saepissime, ut ab eis[222] aut suam iustitiam aut[223] iustam[224] accipiat[225] excusationem. Si autem secus[226] egerit, ab ipsis et ab aliis communione privetur tamquam apostolorum patrumque aliorum contemptores[227], de quibus ait propheta: Erunt quasi non sint, et peribunt viri, qui contradicunt vobis.

[H. 9] In[228] sacramentorum quoque oblationibus, quae inter missarum solemnia domino offeruntur, passio domini miscenda est, ut eius, cuius corpus et sanguis conficitur, passio celebretur ita, ut repulsis opinionibus superstitionum panis tantum et vinum aqua permixtum in sacrificio offerantur. Non debet enim, ut a patribus accepimus et ipsa ratio docet, in calice domini aut vinum solum aut aqua[229] sola offerri[230], sed utrumque permixtum, quia utrumque ex latere eius sua in passione profluxisse legitur. Ipsa vero veritas nos instruit calicem et panem in sacramento offerre[231], quando ait: Accepit Iesus panem et benedixit deditque discipulis suis dicens: Accipite et manducate, hoc est enim[232] corpus meum, quod pro vobis tradetur. Similiter, postquam cenavit, accepit calicem, dedit discipulis suis dicens: Accipite et bibite ex[233] eo omnes, quia hic est calix sanguinis mei, qui pro vobis fundetur[234] in remissionem[235] peccatorum. Crimina enim atque peccata oblatis his domino

**Quellen:**

134-136: *In - offerantur* sec. vit. Alex. c. 2. in libr. pontif.
140-143: *Accepi t- peccatorum,* Matth. XXVI. 26—28.
143f.: *Crimina - delentur,* c. 1. conc. III. Bracar.

**Rezeption:**

134-149: *In – debet*: Burchard V,5; Ivo, Decr. II,15.
134-139: *In – legitur*: Sentenzen c. 205 (135f.: *passio – superstitionum* fehlt; 137: *enim – docet* fehlt); Anselm v. Lucca IX,1 (135f.: *passio – superstitionum* fehlt; 137: *enim – docet* fehlt; 138: *quia utrumque* fehlt); Polycarpus III,9,8 (135f.: *passio – superstitionum* fehlt; 137: *enim – docet* fehlt); Gratian D. II de cons. c. 1 (135f.: *passio – superstitionum* fehlt; 137: *enim – docet* fehlt).
137-149: *Non – debet*: Ps.-Remedius c. 23.
137-156: *Non – defendit*: Ivo, Decr. II,68 (137: *enim* fehlt).

[222] eis *korr. aus* eos *V630*
[223] aut *fehlt V630*
[224] iustam *fehlt V630;* iustum *I83*
[225] accipiat *korr. zu* accipiat aut *V630*
[226] *am Rande* aliter *VD38*
[227] contemptor *V630; VD38*
[228] *am Rande* De commixtione corporis et sanguinis domini *N442;* De commixtione corporis domini *VD38*
[229] aqua sola] aquam solam *VD38*
[230] offerre *VD38*
[231] offerre *korr. aus* offerire *I83*
[232] enim *fehlt I83*
[233] ex *fehlt I83*
[234] tradetur *I83*
[235] remissione *I83*

sacrificiis delentur, idcirco et passio eius in his commemoranda est, qua redempti sumus, et saepius recitanda atque haec domino offerenda. Talibus hostiis delectabitur et placabitur dominus et peccata dimittit ingentia[236]. Nihil enim in sacrificiis maius esse potest quam corpus et sanguis Christi, nec ulla oblatio hac potior[237] est, sed haec[238] omnes praecellit. Quae pura conscientia domino offerenda est et pura mente sumenda[239] [240] atque ab omnibus veneranda. Et sicut potior est ceteris, ita potius excoli[241] et venerari debet.

Aquam[242] enim sale[243] conspersam populis benedicimus, ut[244] ea cuncti aspersi sanctificentur ac purificentur, quod et omnibus sacerdotibus faciendum esse mandamus. Nam[245] si[246] cinis[247] vitulae aspersus populum sanctificabat atque mundabat, multo magis aqua sale aspersa divinisque precibus sacrata populum sanctificat atque mundat. Et, si sale asperso[248] per Eliseum prophetam sterilitas aquae sanata est, quanto magis divinis precibus sacratus sterilitatem rerum aufert[249] humanarum et coinquinatos[250] [251] sanctificat et purgat, et cetera bona multiplicat, et insidias diaboli avertit[252], et a[253] fantasmatis[254] versutiis[255] hominem defendit. Nam si[256] tactione fimbriae vestimenti[257] salvatoris salvatos infirmos non dubitamus, quanto magis virtute sacrorum eius verborum divinitus sacrantur elementa, quibus sanitatem corporis et animae humana percipit fragilitas. His ergo et aliis instructi

**Quellen:**

145: *atque - delectabitur,* Hebr. XIII. 16.

**Rezeption:**

146-149: *Nihil – debet*: Gratian D. II de cons. c. 8 (146: *enim* fehlt).
150-153: *Aquam – mundat*: Sentenzen c. 211; Polycarpus III,16,28.
150-156: *Aquam – defendit*: Ps.-Remedius c. 24 (150: *ac purificentur* fehlt); Regino I, 213 (150: *ac purificentur* fehlt); Burchard II,53 (150: *ac purificentur* fehlt) Gratian D. II de cons. c. 20 (150: *enim* fehlt).

---

[236] indigentia *VD38*
[237] *am Rande* maior et melior *VD38*
[238] haec *korr. aus* hae *V630*
[239] *am Rande* comedenda *VD38*
[240] consumaenda *I83;* consumenda *VD38*
[241] *am Rande* diligi *VD38*
[242] Aqua *O93*
[243] salem *I83*
[244] et *I83*
[245] *am Rande* De aqua sanctificata *VD38*
[246] si *fehlt VD38*
[247] fimus *I83*
[248] aspersa *I83*
[249] auffert *korr. aus* affert *V630;* aut fert *I83*
[250] *am Rande* sordidos *VD38*
[251] coinquinatos *korr. aus* coninquinatis *V630*
[252] *am Rande* repellit *VD38*
[253] a *fehlt O93; V630*
[254] phantasmatum *I83*
[255] *am Rande* calliditatibus *VD38*
[256] si tactione *korr. aus* sit actione *VD38*
[257] vestimenti *korr. aus* vestimenta *V630*

documentis vota[258] singulorum domini sacerdotes respicite et virtute spiritus sancti divinis precibus per ministerium[259] vobis divinitus collatum[260] perficere certate. Elementa quoque, tam ea, quae praediximus, quam[261] cetera divinis[262] apta usibus[263] et humanis necessaria infirmitatibus sacrate, infirmos curate et cetera, quae vobis[264] pertinent[265], diligenter perficite. Ipse enim salvator tribuendo nobis exemplum discipulis ait[266] suis: In nomine meo daemonia eicite, infirmos curate, aegros sanate[267], leprosos mundate, et cetera. Super infirmos etiam manus[268] inponite, et bene habebunt.

[H. 10] Fidem[269] quoque sanctae trinitatis sic docendam a patribus accepimus, vobisque tradendam subditis destinamus. Isaias namque propheta ait: Vidi dominum Sabaoth sedentem super thronum excelsum, et seraphim stabant in circuitu eius, sex alae uni et sex alae alteri, duabus velabant faciem, duabus[270] autem velabant pedes et duabus volabant[271] [272] et clamabant ad[273] alterutrum dicentes: Sanctus, sanctus, sanctus dominus deus Sabaoth. Si trinitas non est, quare tertio sanctus dixerunt? Aut si unitas non est, quare sub trina repetitione[274] unum deum ac dominum intimarunt[275]? Si trinitas non est, cur in Geneseos[276] dicitur: Dixit deus, fecit deus[277] et benedixit deus? Si unitas non est, quare tertio dixit[278] deus, et deos plurali[279] numero non[280] commendavit?

**Quellen:**

163-165: *In - habebunt,* Marc. XVI. 17. 18.
166-220: *Fidem - potestis,* Idacii Clari lib. adv. Varimad.
167-218: *Vidi - sancti,* cf. Bened. I. pp. ep.

[258] *am Rande* devotiones voluntates *VD38*
[259] ministerium *korr. aus* misterium *N442*
[260] *am Rande* donatum *VD38*
[261] quae *korr. aus* quam *V630*
[262] cetera divinis apta usibus et humanis necessaria infirmitatibus sacrate, infirmos curate et cetera *korr. aus* cetera *V630*
[263] *am Rande* utilitatibus *VD38*
[264] vobis] ad vos *V630*
[265] pertinent *fehlt I83*
[266] ait suis] suis ait *V630*
[267] curate *VD38*
[268] mo *O93*
[269] *am Rande* De trinitate et unitate *V630; am Rande* Hic de fide sanctae trinitatis loquitur *VD38*
[270] duabus autem velabant pedes et duabus volabant *fehlt V630*
[271] *am Rande* cooperiebant *VD38*
[272] velabant *VD38*
[273] ad alterutrum] alter ad alterum *VD38*
[274] repetitione] *korr. aus* repetione *VD38*
[275] intimarunt *korr. aus* intimarent *N442*
[276] genesis *I83*
[277] deus et *korr. aus* deus *O93*
[278] dixit *fehlt I83*
[279] plurali *korr. aus* pluraliter *I83*
[280] non *fehlt O93; N442; I83*

Si trinitas non est, quare in Exodo dictum est tertio: domine, domine, domine miserator et misericors? Si unitas non est, quare dum tertio domine diceret[281], postea miserator singulariter dicit, et non miseratores, ut plures ostenderet, intimavit? Si trinitas non est, cur Abraham ad ilicem[282] Mambrae sedens tribusque[283] occurrens, uni[284] domine dixit, et non, ut viderat tribus, salutationis obsequium[285] reddidit? Si trinitas non est, quare[286] cum Moysi deus Abraham et deus Isaac et deus Iacob, tertio diceretur[287] unitatem ostendens, hoc mihi nomen est, dixit, et[288] non, haec sunt nostra nomina, designavit? Si trinitas[289] non est, quare David tertio dixit: Benedicat nos deus, deus noster, benedicat nos deus? Si unitas non est, quare, cum deum tertio nominasset[290], benedicat[291] dixit, et non benedicant adiunxit? Si trinitas non est, cur Isaias denuo dicit: Dominus deus Sabaoth, deus Israel, qui sedes super cherubim? Si unitas non est, quare qui sedes[292] dixit et non qui sedetis adstruxit[293]? Si trinitas[294] non est, quare in[295] Regnorum libro dicitur: Dominus[296], deus omnipotens, deus[297] Israel, sermones tui fideles[298] sint[299]? Si unitas non est, quare tui dicitur et non vestri potius intimatur? Si trinitas non est, cur in psalmo quinquagesimo[300] octavo[301] cantatur: Domine[302] deus virtutum, deus Israel, intende ad visitandas[303] omnes gentes? Si unitas non est, quare intende posuit et non intendite, ut praedicatus[304] est, intimavit? Si trinitas non est, quare in Apocalypsi tertio dicit[305]: Sanctus dominus deus omnipotens, qui est et qui erat[306]? Si unitas non est, quare non qui sunt et[307] [308] qui erant[309] pluraliter[310] designatur? Si trinitas non

---

[281] diceret] diceret et *V630*
[282] *am Rande* quercum *VD38*
[283] vel *I83*
[284] uno *O93;* uni *korr. aus* uno *V630*
[285] *am Rande* servitium *VD38*
[286] quia *N442; I83*
[287] diceret *V630*
[288] dixit] dixit et *V630; N442*
[289] trinitas *korr. aus* trinita *I83*
[290] nominasset *korr. aus* nominans sed *V630*
[291] benedicat] benedicat et *VD38*
[292] sedis *O93;* sedes *korr. aus* sedis *N442*
[293] adiunxit *VD38*
[294] unitas *V630*
[295] in Regnorum *fehlt V630*
[296] Domine *VD38*
[297] rex *V630*
[298] fideles *korr. aus* fidele *I83*
[299] sunt *V630*
[300] quinquagesimo octavo] LVIIII *I83*
[301] nono *VD38*
[302] Domine] Domine deus *V630*
[303] visitantas *VD38*
[304] praedictum *VD38*
[305] dixit *V630; VD38*
[306] erat] *korr. zu* erat et qui venturus est *VD38*
[307] aut *VD38*

est[311], quare[312] in Deuteronomio[313] dictum est: Dominus deus tuus misericors est et audiet vocem tuam? Si unitas non est, quare audiet posuit, et non audient intimavit? Si trinitas non est, quare in Iesu Nave[314] dicitur libro: Dominus[315] deus deorum[316] [317]? Si[318] unitas non[319] est, quare est dixit, et non sunt more[320] locutionis induxit? Si trinitas non est, quare Elias orando[321]: Domine, domine deus Israel ostende, quia tu es deus meus dixit? Si unitas non est, quare ostende et non ostendite posuit? Si trinitas non est, cur Mardocheus orando: Domine, domine, deus omnipotens, omnia in potestate tua[322] sunt dixit? Si unitas non est, quare in tua posuit et non in vestra signaverit[323]? Si trinitas non est, cur etiam Iudith orando dixit: Domine, domine, deus omnium[324] virtutum, respice in orationem meam? Si unitas non est, quare respice et non respicite designavit? Si trinitas non est, quare in Hieremia dicitur: Dominus[325] deus vester, deus verax est[326]? Si unitas non est, quare verax est dixit et non veraces potius intimavit? Si trinitas non est, cur in Apocalypsi[327] scriptum est: Dominus[328] deus et spiritus prophetarum misit angelum suum ostendere servis suis, quae oportet fieri cito? Si unitas non est, quare, cum patrem et filium et spiritum sanctum nominasset, misit dixit et non miserunt sub praetaxato[329] trium personarum et nominum introduxit? Si trinitas[330] non est, quare in Deuteronomio dicitur[331]: Dominus deus vester, hic[332] est deus? Si unitas non est, quare hic est dixit, et non hi sunt plurali numero designavit? Si trinitas non est, quare in eodem dicitur libro: Dominus deus tuus, deus magnus et potens est[333]? Si unitas non est, quare magnus et potens pluraliter[334] non[335] nominantur[336]? Si trinitas non est, cur Tobi

---

308 et qui erant] et non qui erat *V630*
309 erat *V630*
310 pluraliter *korr. aus* plurater *VD38*
311 est quare *korr. aus* est *N442*
312 quare *fehlt N442*
313 deuteronomio *korr aus* denuteronomio *VD38*
314 Nave *fehlt I83*
315 Dominus *fehlt I83*
316 eorum *VD38*
317 deorum] deorum est *V630*
318 Si unitas non est, quare est dixit, et *fehlt O93*
319 non est *fehlt VD38*
320 morem *N442;* more *korr. aus* maiore *V630*
321 adorando *I83*
322 tua sunt *korr. aus* tua *V630*
323 signavit *korr. aus* signaverit *V630*
324 omnium virtutum] virtutum omnium *V630*
325 domine *V630*
326 est *fehlt N442; I83; VD38*
327 apocalypsis *I83*
328 Domine *N442; I83*
329 praetaxato *korr. aus* praetexato *O93;* praetextato *V630;* praetaxatum *VD38*
330 unitas *VD38*
331 dicit *V630*
332 hoc *O93; VD38*

cum filium suum in Rages civitatem cum Raphaele[337] angelo mitteret, benedicens eos ita dixisse docetur: Deus Abraham et deus Isaac et deus Iacob ipse impleat benedictionem suam in vobis? Si unitas non est, quare ipse impleat dixit, et non ipsi impleant intimavit? Postremo[338] [339] si trinitas non est, quare dominus discipulos suos in nomine patris et filii et spiritus sancti universas[340] gentes posuit[341] baptizare? Si unitas non est, quare[342] in nomine dixit, et non in nominibus[343] praecipiendo perdocuit? Si trinitas non est, quare Paulus apostolus ait: Ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia? Si unitas non est, quare ex ipso posuit et non ex ipsis adstruxit[344]? Si enim certo certius[345] [346] volueritis unitatem trinitatis[347] agnoscere[348], a saepe dicto doctore gentium apostolo potestis universa condiscere[349] et sequi catholicam fidem, et horum[350] respuere pravitatem[351]. Gratia domini nostri Iesu Christi, inquit, et caritas dei et communicatio spiritus sancti ipsa[352] est patris et filii et spiritus[353] gratia, et sic fidem sanctae trinitatis et intellegere et docere[354] domino adiuvante pleniter potestis.

Idcirco ergo[355], carissimi, fidei regulas iuxta huius[356] epistolae finem posuimus, ut in eius confessione fideliter perseveremus et domino auxiliante bonam[357] finem habere mereamur. Quicumque ergo voluerit[358] amicus esse saeculi huius, inimicus dei constituitur[359]. Aut putatis, quia

---

**Quellen:**

223-232: *Quicumque - proximum*, Iac. IV. 4-13.

---

[333] est *fehlt N442*
[334] pluraliter non] singulariter *I83;* non pluraliter *VD38*
[335] non *fehlt O93; N442; V630*
[336] nominatur *V630; I83*
[337] raphael *V630*; raphahelo *O93; I83;* rafahelo *VD38*
[338] *am Rande* novissime *VD38*
[339] Postremo *korr. aus* Postemo *VD38*
[340] universos *O93*
[341] disposuit *I83; VD38*
[342] qua *VD38*
[343] nominibus *korr. aus* ominibus *N442;* nominibus *korr. aus* omnibus *V630;* hominibus *VD38*
[344] *am Rande* adfirmavit *VD38*
[345] *am Rande* firmius *VD38*
[346] certius *korr. aus* certiu *O93*
[347] trinitatem *N442; I83;* et trinitatem *VD38*
[348] agnoscecere *I83 (Seitenwechsel)*
[349] condiscere *korr. aus* condicere *I83*
[350] *am Rande* hereticorum *VD38*
[351] pravitatem *korr. aus* parvitatem *V630*
[352] ipse *I83*
[353] spiritus] spiritus sancti *I83*
[354] dicere *I83; VD38*
[355] ergo *fehlt VD38*
[356] huius *korr. aus* hius *I83*
[357] bonum *N442; I83*
[358] voluerit *korr. aus* voluerit voluerit *V630*
[359] constituetur *VD38*

inaniter[360] scriptura dicit: Ad invidiam concupiscit spiritus, qui habitat in vobis? Maiorem autem dat gratiam, propter quod dicitur[361]: Deus superbis resistit[362], humilibus autem dat gratiam. Subditi igitur estote deo, resistite autem diabolo, et fugiet a vobis. Appropinquate[363] domino, et appropinquabit[364] vobis. Emundate[365] vobis manus, peccatores, et purificate[366] corda, duplices animo. Miseri estote et lugete et plorate, risus vester in luctum convertatur[367] et gaudium in[368] merorem, humiliamini in conspectu[369] domini, et exaltabit[370] vos. Nolite detrahere alterutrum[371], fratres mei, quia, qui detrahit fratri aut qui iudicat fratrem suum, detrahit legi et iudicat legem. Si autem iudicas legem, non es factor legis, sed iudex, unus[372] est enim legislator[373] et iudex, qui potest perdere et liberare. Tu autem, quis es, qui iudicas proximum? Agite nunc, divites, plorate ululantes in miseriis vestris, quae advenient vobis. Divitiae vestrae putrefactae sunt et vestimenta vestra a tineis[374] comesta sunt. Aurum et argentum vestrum eruginavit[375], et erugo eorum in testimonium vobis erit, et manducabit[376] carnes vestras sicut ignis. Thesaurizastis[377] vobis iram in novissimis diebus. Ecce merces operariorum, qui messuerunt regiones vestras, qui fraudatus[378] est a vobis, clamat, et clamor eorum in aures domini Sabaoth introivit[379]. Epulati[380] estis super terram et in luxuriis enutristis corda vestra in die[381] occisionis adduxistis. Occidistis iustum, et non resistit[382] vobis.

---

**Quellen:**

232-239: Agite - vobis, Iac. V. 1—6.

---

360 *am Rande* inutilis *VD38*
361 dicit *I83*
362 restitit *VD38*
363 Appropinquate *korr. aus* Appropinquante *I83*
364 appropinquavit *N442*
365 Emundate] Et mundate *VD38*
366 purificate *korr. aus* purificate vobis *VD38*
367 convertetur *N442; I83*
368 *interlinear* in tristitiam *VD38*
369 cospectu *I83*
370 exaltavit *VD38*
371 *am Rande* in invicem *VD38*
372 unus est *korr. aus* unus *N442*
373 *am Rande* dator *VD38*
374 tinea *VD38*
375 eruginabit *V630; I83*
376 manducabit *korr. aus* manducavit *V630*
377 Thesaurizatis *N442*
378 *am Rande* deceptus *VD38*
379 introibit *I83*
380 *am Rande* laetati in epulis *VD38*
381 diem *VD38*
382 resisit] restitit *korr. aus* restit *V630;* restitit *VD38*

Vae, fratres, his, qui vos tribulant, vos vero, quantum amplius tribulamini, tantum purgatiores[383] atque beatiores efficiemini[384], si tamen ipsa tribulatio patienter fuerit supportata. Unde ipsa veritas per se dicit: Beati[385], qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Et alibi: Beati eritis, cum vos oderint homines et persecuti fuerint et eiecerint nomen vestrum tamquam malum. Gaudete in illa die et exultate, quoniam merces vestra multa est[386] in caelo. Data VIIII[387] Kal. Aug. Traiano et Eliano[388] vv. cc. conss.

**Quellen:**

240-244: *Vae fratres – caelo*, cf. Clem. 52, Fel. I. pp. 6.
242: *Beati qui - iustitiam,* Matth. V. 10.
242-244: *Beati eritis - caelo*, Luc. VI. 22. 23.
244f.: Nota consul. des. ex c. 1. vit. Alex. in libr. pont.

[383] *am Rande* mundiores *VD38*
[384] efficiamini *O93*
[385] Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam *fehlt VD38*
[386] est *fehlt I83*
[387] VIII *N442*
[388] elenino *I83*